Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

intelligere valeamus. similitudinem quandam nobis proponam. Sit
mulier que habeat virum. si accidit ut vir ille longe recedat
ab ea. si fidelis est ea in hoc ostendat. ut eandem fidem absenti quam et
presenti seruare studeat. et in quibuscunq; offendere posset presentem.
offendere timeat absentem. Mulier ista. est quelibet fidelis anima.
vir ea. est xpe. Vir iste si subtrahit se sponse sue. idem anime. si fi
dem di habet in se. debet absentem sicut presentem diligere. debet se
ab omni pollutione cordis et corporis sollicite custodire. nichil
negligere. eadem disciplina atq; constantia absenti sicut presenti in
omnibus seruire. nam hoc est uera fidem seruare ad eum. Sed adhuc aliq.
subtili in uerbis istis intelligere possum. Nam qd ait. ille ar
guet mundum de peccato. et de iustitia. et de iudicio. statimq; qsi
exponendo eadem uerba subiunxit. de peccato quidem qa non credi
in me. de iustitia uero. qa uado ad patrem. et iam non uidebitis me. de
iudicio autem. qa princeps mundi huius iam iudicatus est. in his uer
bis quantum in uidetur tria notauit. excepit mqm de cunctis pec
catis unum peccatum qd est maximum omnium peccatorum. de cunctis
iustitiis unam iustitiam que est maxima omnium iustitiarum. de cunc
tis iudiciis unum iudicium qd est maximum omnium iudiciorum. Su
ma omnium peccatorum est infidelitas. nam qd homo in dm non credit.
hoc peccatum cuncta peccata excedit. Sine fide enim nunq. potest
fieri aliqd bonum. testante aplo qui ait. Omne qd non est ex fide. pecca
tum est. Suma omnium iustitiarum est fides. non solum dico illa fides
qd homo credit in dm. sed qd in omnibus rebus debitam fidem seruat ad
eum. Hec fides operatur in homine motus contemplationem. quem transcendit
omnem iustitie operationem. Nam cum homo ad hanc puritatem cor
dis suu uenerit. qd nichil ei in hoc mundo preter dm sapit. cunc
tamq; post eum quem uidere non potest oculis corporis. motus sue in
tentionem et deuotionem in celum dirigit. hec est tota et plena iusti
cia. in qua plene comprehendunt et complent uniuersa iustitie